ERYCI PVTEANI

AD

FACVNDIAM,

PRVDENTIAMQVE

CIVILEM

BREVIS DIRECTIO.

PERILLVSTRI VIRO PHILIPPO HENRICO BENTINGIO, &c.

Erycius Puteanus S. D.

IN Arce complecti te quoque cupiebam, Perilluſtris Vir, quam non ſine voluptate Sereniſsimus Princeps tuus, verè Princeps, ſpectavit. Non potui niſi breves oculis ejus delicias dare, qui uberiori fortaſsis oblectare animum ſpectaculo maluiſſet. Oſtendi autem obiter quæ mea ſunt, & quæ non mea deſpicere è ſublimi ſoleo. Mea ſunt, aut certè id ago ut ſint, ingenii opera, Sa-

phi, atque in partem ſumptuum Auctorem vocant. Itaque Principem ego aliquem mihi Auxiliarem quæro, qui benevolentiâ ſuâ Litteras dignetur, & ingenium ſibi meum, id eſt divitias meas, impendi & conſecrari velit. De tuo an cogitare audeo? ſic ſanè jure etiam meum poſsim appellare. Sed hac de re jam tecum filius meus egerit: juſsi enim. Te verò ob nobiliſsimam mentem, tam generoſè Litterarum elegantiis deditam, vehementer amo & colo: ſed in Arce, quod nuper mihi fortuna mea invidit, complecti cupio. Vale Perilluſtris Vir, & quæ tumultuario ſcripſi calamo, boni conſule: magis enim obſequium, quàm eloquium teſtari volui. Lovanii, in Arce, XII. Kal. Mart. ∞.IↃC.XXXI.

FINIS.